



Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

VII. Hyperduliæ species, Frequenter ad sacellum B. Virginis inuisere.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

eam haud ita procul habitare, quæ
 magicis incantationibus tantam porue-
 rit concitasse tempestatem. Quo audito
 Canonicus persuasum habuit, venefi-
 cam illam ab Angelo Berchmanni cu-
 stode (cuius ipse præsidium implorarat)
 ita ad eius pedes fuisse deiectam, vt ni-
 mirum appareret, tam sæuæ periculum
 tempestatis, Berchmanni præcipuè me-
 ritis fuisse depulsum.

V I I.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Frequenter ad sacellum B.
 Virginis inuisere.

S. I.

Eodem pietatis affectu, quo Berche-
 mannus frequentauit sacra Matris
 suæ, MARIÆ Deiparæ Virgini templum
 libenter etiam, frequentèrque inuisit ad
 dedicata eidem sacella. Nam cum Romæ

Cepar. & Herm. Hug.

Sit pag. 157.

degeret, sæpius in sacellum ei dedicatū
ibat, nec prius vnquam, nisi eā in sacello
salutatā, ad laxandum colloquijs ani-
mum accedebat, fructum ei nempe reli-
giosæ recreationis oblaturus. Quod cū
semel à mensa redux omisisset, plurimum
fortè colloquentium circulo inter ad-
scendendum circumuentus; quampri-
mum intermissæ salutationis in mentem
venit, è circulo in sacellum salutabun-
dus abiit, statimque officio functus, eò
vnde discesserat, reuertit.

§. I I.

Premium Hyperdulia

Fuit, quod Berchmannus horulam a-
nimo mox à mensa relaxando dari soli-
tam institutis sanctissimis, de DEO, DEI-
paræque colloquijs, non honestè tan-
tum, sed omnino fructuosè semper col-
locarit, multosque non modò merito-
rum, sed & animorum manipulos re-
portarit, vrpote sodalium mentes Ma-
riano diuinè que amore succensas relin-
quens.